



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 8. Quanta sit vbiq[ue] multitudo Hypocritarum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](#)

perem quemdam nudum in solo iacentem ab eo aspectum esse, lacerum prorsus & pannis vilibus obsitum, cuius animam, qui multi ei praesto aderant, Angeli reuerenter euocarint. Cui David quoque cum summi concentus cithara sua affuerit, carminibus illam veluti demulcens atque producens. Vbi vides diuersa facie, diuersas animas rectas latuisse. Sub vili aspectu erat mens pretiosa; & sub fama castitatis summa turpitudo. De tali diuina est sententia: *Reuelabunt celi iniquitatem eius*; hoc est, per Angelos, & reliquos Diuos, & apparitiones detegent, quid sub ouina pelle occultarit.

Iob. 20.

27.

## §. VIII.

Quanta sit ubiq<sup>z</sup> multitudo Hypocitarum?

Pauci sunt fortasse ex hoc numero mortales? Enim uero plurimi. Fridericus III. Imperator, cum audiret quemdam dicentem,abiturum se aliquando in ea loca, in quibus nulli planè hypocritæ essent, respondit: *Vltra Sauromatas ergo, & glacialem Oceanum ubi eundum est. Sed cum eo veneris, non omnino carebit hypocrisi locus, si modo & tu homo, non Deus es. Inter mortales enim nemo est, qui non ex aliqua parte fictus fucatus q<sup>z</sup> sit. Quis enim vitia sua non tegit? quam pauci virtutes suas*

suas non cupiunt sciri & laudari? aut magis laudari, quam merentur? Quotquot rei cùm sint, ubi fatenda est veritas, ibi se se excusant, hypocritæ sunt. Quot sub nomine amicitiae hostem abscondunt? Aperte enim odisse, vel amare, est magis ingenui, quam fronte occultare sententiā. Quot adulterant veritatem? & sicut Trojanus equus, fallunt sub specie pietatis? Quot adeunt templa, qui conspici volunt? quot ieunijs se affligunt, ut appareant ieunantes? quot flagellis corpus castigant, ut sub ipso sacci tegumento vel ignoti laudentur, atq; seueri in seipso videantur? Quot peculiaria & vita notabilia sectantur, ut emineant? Mirifica res est, & monstrum similis, quod etiam inter Philosophos, immò Religiosos inueniantur, qui, quia toga non splendet, immò quia sordet & lacera est, laudem captant, voluntq; de ipsa humilitate superbire. Asperum cultum, & Senec ep. vitiosum caput, & negligentiorem barbam, & 13. indictū argento odium, cubile humili positum, & quidquid ad laudem peruersa vita sequitur, euicta, ait Ethnicus. Vult ergo frontem populo nostram conuenire, non quod ista asperitatis opera sint carpenda, sed quod carpenda sint, si ideo fiant, ut inde laudemur, vnde

T 3 nos

nos non extollere, sed demittere velle vi-  
demur. Hypocrisis quippe est, virtutum  
simulatione clausum vitium abscondere, &

**S. Greg.** arte palliare. Itaq; quid in cunctis suis operi-  
**lib. 8. mo-** bus hypocrita sperat, nisi reuerentiam hono-  
ral.

**D.** Hypocrita sperat, nisi reuerentiam hono-  
ris, gloriam laudis, à melioribus metui, sanctus  
ab omnibus vocari? ait D. Gregorius. Hic  
morbus quam longè lateq; vagetur, docet

**S. Hieron.** S. Hieronymus dum scribit, Quamuis alijs  
**lib. 2. con-** vitys carere possumus, hypocriteos tamen macu-  
tra Pela- lam habere non posse, aut paucorum est, aut  
gian.

nullorum. Quid multis opus est, ut quanta  
sit copia hypocitarum constet, Christus  
ipse, ut seruum negligentem damnandum  
indicaret, ait eum hypocritis accensendum:

*Dividet eum, inquit ( Dominus ) partem eius* ponet cum hypocritis, illic erit fletus &  
stridor dentium. Cum quibus hypocritis? cum  
diabolo, qui cum sit princeps tenebrarum,

**2. Cor. II,** tamen ad fallendos homines *transfigurat se*  
14. in Angelum lucis; item cum hominibus dia-  
boli imitatoribus, qui & ipsi, cum intus  
sint, & in cute pleni immunditia & iniqui-  
tate, tamen secundum externam speciem,  
vendant se, tamquam probos & sanctos.

Et quod mirum est, quemadmodum sanctissimi virtutes suas regunt, atq; ad honorem  
à se

**Matth.**  
24. 51.

**2. Cor. II,**  
14.

à se amouendum , peccata defectusque suos & ipsi propalant, ut videre fuit in Confessionibus S. Augustini, epistolis S. Hieronymi, lachrymis Petri & Magdalena, psalmis regi Prophetæ , alijsq; : ita grauissimi qui- que peccatores, qui facere assueuerunt

*Candida de nigris , & de candardibus atra,* Ouid.lib. II. Metā,  
 occultatis nefandis criminibus, ante oculos hominum omnem modum sanctitatis ostendunt. Adeò ut magi , & sagi, & venefici, & qui suo se sanguine orco manciparunt, templa adeant, manus , oculosq; in cælum tollant; ceruicem torqueant, suspirent, lachrymentur facto fletu; confiteantur, communicent, dent eleemosynas ; immò & miracula se patrare fingant , aut certè contentur. Hoc videre fuit in Simone mago, qui videns etiam ab Apostolis , signa & virtutes Act. 8. 13;  
*maximas fieri , stupens admirabatur; item cum*  
*vidisset , quia per impositionem manus Apo-*  
*stolorum daretur Spiritus sanctus , obtulit eis*  
*pecuniam &c. Sed mox audijt: Non est tibi*  
*pars , neque sors in sermone isto. Cor enim tuum*  
*non est rectum coram Deo. Et hæc quidem Pe-*  
*trus dicebat; Paulus autem ad Elymam al-*  
*terum magum, O plene , inquietabat , omni do-* Act. 13. 8;  
*lo , omni fallacia, fili diaboli, inimico omnis in-*

T 4 stitiae.

Matth. 23.  
33.

*sticie, non desinis subuertere vias Domini rectas?*  
*Multi eiusmodi sunt, qui ex patre diabolo*  
*vias Domini rectas subuertunt, pleni dolo,*  
*pleni fallacia, digni ignominiā. Quamquā*  
*Deus non omnes dignos ignominiā, in ig-*  
*nominiam manifestat peccatores. Quem in*  
*finem aliquot exempla apponam, à me pre*  
*concione recensita, & sitienter excepta.*

## C A P V T X V.

*An, & quibus, & quo pœnitentia fru-*  
*ctu, Deus hominum quorumdam peccata,*  
*absque eorum infamia, manifestet, ad*  
*clementiam suam manifestan-*  
*dam?*

## §. I.

*Futura contingentia, & secreta cordium soli*  
*Deo nota esse.*

**N**illum esse hominem arbitror, qui  
 non audie cuperet scire, quām diu  
 tandem Germaniam, ac totam  
 pāne Europam bellis sit afflicturus Deus?  
 quando pacē, pro qua oramus, redditurus?  
 quid circa hunc, aut illum Principem, cir-  
 ca hanc & illam Remp. circa se ipsum sit fu-  
 turum? Sed hæc omnia pendent à Deo, qui  
 solus